

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Reverendiss. et illustriss. Principi ac Domino, D. Georgio, praeposito  
Maideburgensi, &C. Philippus Melanchthon S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

40

PHILIPPI ME  
LANCHTHONIS EPISTOLA-  
rum à Ioanne Manlio collecta-  
rum Pars Prima.

REVERENDISS. ET IL-  
lustris. Principi ac Domino, D. Geor-  
gio, Präposito Maideburgensi,  
&c. Philippus Melanch-  
thon S. D.

I, 41.

LLVSTRISSIME Princeps.

In aditu Bauariae, dextra mihi, cum  
cuerteretur currus, quo illebar, adeò +  
duriter quassata est, ut ossa ē in naf-  
nō, ut medici loquuntur, luxata sint.

vohabar  
'er hagraw

Ideo ne nunc quidem sine cruciatu literas pingere  
possum. Sed tamē quoquo modo significandum V.  
C. duxi, Ratibone mihi redditum esse munus ue-  
strum argenteum, quod in mensa uos quotidie de  
egregijs uirtutibus uestris admonet. Mores mei uo-  
bis noti sunt, & (ut spero) etiā probati. Certè par-  
simonian ita amo, ut etiam alios non libenter one-  
rem sumptu. Filius Dei inter se deuinctos uult esse  
omnes qui ipsum agnoscūt, & Deum uerè colunt.  
Iurè igitur amo C.V. que toto pectore amplectitur  
Christi doctrinam, & amat Ecclesias suæ ditionis  
magna sedulitate, Sunt & cætere uirtutes; iusti-

cia

cia in gubernatione, cōstantia animi, castitas in morib⁹, eruditio eximia, digna amore & laude. Propter has causas simplici animo colo C. V. non propter munera: sed tamen benevolentia uestra ualde delector, & pro munere gratias ago. Historiā conuentus adieci in alia pagella, nec aliud adhuc actū est: certò consilio summan breuiter ita narramus, quæ inter amicos sine periculo spargi possunt. Noſtri omnes ostendunt ſe mansuros eſſe in ſententia confeſſionis: ſed tanen quidam languidiores, uidentur non abhorrecere à ſucoribus cōciliationibus. illos cothurnos metuo, de quibus & fratres ueſtri ſcribēt. Elector Marchio ſperat aduersarios non refragatu-ros doctrinæ, ſi nos episcopis tribuamus uifitatum regnum. Sed Contarenus cardinalis multò eſt diu-rior: nulla in re diſcedi uult à conſuetudine Roma-na. Ideo impediſt has deliberationes de concordia ſedulō conatur. Imperatoris uoluntatē iudico pro-penſam eſſe ad moderatiſima consilia. Quid ſper-ere poſit, cum adeo diſsimiles ſint uoluntates, non difficile eſt iudicare. Deum patrem Domini noſtri Ieſu Christi oremus, ut Eccleſiam ſanguine filij redemptam & sanctificatā ſeruet, & nos gubernet. Bene ualete, 25. Martij, Ra-tiſbonæ, 1541.

HISTO-